



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

III. Non debere seruum, occasione religionis, dominum contemnere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI

CANONES.

I.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac m religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit. Diffin. 31. Si quis vituperat. Diffin. 30. Si quis nuptias in ac.

II.

Si quis carnem edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione & fide condemnat, velut ſpem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema ſit. Diff. 30. Si quis carnem man.

III.

Si quis ſeruum, prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt diſcedat ab eius obſequio, nec ei cum beneuolentia & omni honore deferuiat, anathema ſit.

IV.

Quicumque diſcernit a presbytero qui vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema ſit.

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & Conuentus qui in ea celebrantur, anathema ſit. Diff. 30. Si quis docet do.

VI.

Si quis extra eccleſiam ſeorſum Conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiam, ea quæ ſunt eccleſiæ voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit. Diff. 30. Si quis extra eccleſ.

VII.

Si quis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam ac-